

## MONSTRUM MIRABILE

puer olim in urbe habitabat. urbs erat prope aquam in Hispania. puer cum patre habitabat. pater pueri et multi homines prope aquam laborabant. homines pisces ceperunt. placet puero ad aquam ambulare cotidie (every day) et patrem spectare. hodie, puer ad aquam ambulat. sed hodie est dies malus. est dies malus quod pisces absunt. homines pisces ceperunt herit (yesterday) sed hodie pisces absunt. pater et puer attoniti sunt! ubi sunt pisces!

fabula est. dicunt monstrum maximum et horribile esse in aqua. monstrum in aqua habitat sed placet monstro in terra ambulare. monstrum multa membra et odorem horribilem habet. et... monstrum amat pisces comedere. fortasse (maybe) monstrum maximum et horribile pisces patris cepit!

nemo monstrum videre potest. nemo monstrum audire potest. in urbe, canes monstrum volunt invenire nasibus. sed monstrum nasos canum petit odore! odor monstri est similis morti! monstrum in aqua non est. monstrum in urbe non est. ubi est monstrum! eheu! monstrum est in arbore!

homines tridentes capiunt et monstrum petunt! monstrum est horribile! est maximus et horribilis polypus! octo membra habet. duos oculos magnos habet. os (mouth) mirabile habet. puer timet. puer currere vult, sed non currit quod monstrum spectare vult.

membris (with his limbs) monstrum homines et canes petit. multos homines necat. homines monstrum petunt tridentibus. iterum iterumque homines monstrum petunt. tandem (finally) monstrum petere non potest. celeriter homines monstrum capiunt et necant. caput capiunt et in media urbe ponunt. nunc omnes fabulam sciunt (know).